

Lucrezio, *De rerum natura* 4, 1037-1287 (trad. F. Giancotti: da Lucrezio, *La natura*, introduzione, testo criticamente riveduto, trad. e commento di F. G., Garzanti, Milano 2000⁴)

Sollicitatur id <in> nobis, quod diximus ante,
semen, adulta aetas cum primum roborat artus.
namque alias aliud res commovet atque lacessit;
ex homine humanum semen ciet una hominis vis. 1040
quod simul atque suis eiectum sedibus exit,
per membra atque artus decedit corpore toto,
in loca conveniens nervorum certa cietque
continuo partis genitalis corporis ipsas.
irritata tument loca semine fitque voluntas 1045
eicere id quo se contendit dira lubido,
[incitat iritans loca turgida semine multo]
idque petit corpus, mens unde est saucia amore;
namque omnes plerumque cadunt in vulnus et illam
emicat in partem sanguis, unde icimur ictu, 1050
et si comminus est, hostem ruber occupat umor.
sic igitur Veneris qui telis accipit ictus,
sive puer membris muliebribus hunc iaculatur
seu mulier toto iactans e corpore amorem,
unde feritur, eo tendit gestitque coire 1055
et iacere umorem in corpus de corpore ductum;
namque voluptatem praesagit muta cupido.

Haec Venus est nobis; hinc autemst nomen Amoris,
hinc illaec primum Veneris dulcedinis in cor
stillavit gutta et successit frigida cura; 1060
nam si abest quod ames, praesto simulacra tamen sunt
illius et nomen dulce obversatur ad auris.
sed fugitare decet simulacra et pabula amoris
absterrere sibi atque alio convertere mentem
et iacere umorem coniectum in corpora quaeque 1065
nec retinere semel conversum unius amore
et servare sibi curam certumque dolorem;
ulcus enim vivescit et inveterascit alendo
inque dies gliscit furor atque aerumna gravescit,
si non prima novis conturbes volnera plagis 1070
volgivaquae vagus Venere ante recentia cures
aut alio possis animi traducere motus.

Nec Veneris fructu caret is qui vitat amorem,
sed potius quae sunt sine poena commoda sumit;
nam certe purast sanis magis inde voluptas 1075
quam miseris; etenim potiundi tempore in ipso
fluctuat incertis erroribus ardor amantum
nec constat quid primum oculis manibusque fruuntur.
quod petiere, premunt arte faciuntque dolorem
corporis et dentes inlidunt saepe labellis 1080
osculaue adfigunt, quia non est pura voluptas
et stimuli subsunt, qui instigant laedere id ipsum,
quod cumque est, rabies unde illaec germina surgunt.
sed leviter poenas frangit Venus inter amorem
blandaue refrenat morsus admixta voluptas. 1085
namque in eo spes est, unde est ardoris origo,
restingui quoque posse ab eodem corpore flammam.
quod fieri contra totum natura repugnat;
unaque res haec est, cuius quam plurima habemus,
tam magis ardescit dira cuppedine pectus. 1090
nam cibus atque umor membris adsumitur intus;
quae quoniam certas possunt obsidere partis,
hoc facile expletur laticum frugumque cupido.
ex hominis vero facie pulchroque colore
nil datur in corpus praeter simulacra fruendum 1095
tenvia; quae vento spes raptast saepe misella.
ut bibere in somnis sitiens quom quaerit et umor
non datur, ardorem qui membris stinguere possit,

Si agita <in> noi questo seme, di cui ho parlato prima,
appena l'adolescenza rafforza le membra.
Giacché diverse cause eccitano e provocano diversi oggetti:
dall'uomo, solo l'attrattiva dell'uomo fa scaturire il seme umano.
E appena questo, emesso dalle sue sedi, esce,
attraverso le membra e le giunture si ritira da tutto il corpo,
raccogliendosi in determinate regioni nervose,
e immediatamente eccita proprio gli organi genitali.
Le parti stimolate inturgidiscono di seme e nasce la voglia
di emetterlo là verso dove è protesa la furente brama,
e il corpo cerca quello da cui la mente è ferita d'amore.
Giacché tutti solitamente cadono sulla ferita, e il sangue
spiccia in quella direzione da cui è giunto il colpo
e, se il nemico è vicino, il rosso liquido lo copre.
Così, dunque, chi riceve i colpi dai dardi di Venere,
lo trafigga un fanciullo di membra femminee
o una donna che da tutto il corpo irraggi amore,
tende verso là donde è ferito, e anela a congiungersi,
e in quel corpo spandere l'umore tratto dal corpo.
Ché il muto desiderio presagisce il piacere.

Questa è Venere per noi; e di qui viene il nome di amore,
di qui quella goccia della dolcezza di Venere stillò
prima nel cuore, e le susseguì il gelido affanno.
Infatti, se è assente l'oggetto del tuo amore, son tuttavia presenti
le sue immagini, e il dolce nome non abbandona le tue orecchie.
Ma conviene fuggire quelle immagini e respingere via da sé
ciò che alimenta l'amore e volgere la mente ad altro oggetto
e spandere in altri corpi, quali che siano, l'umore raccolto,
e non trattenerlo essendo rivolto una volta per sempre all'amore
d'una persona sola, e così riservare a sé stesso affanno e sicuro
dolore. Giacché la piaga s'incacerbisce e incancrenisce, a nutrirla,
e di giorno in giorno la follia aumenta e la sofferenza s'aggrava,
se non scacci con nuove piaghe le prime ferite, e non le curi
vagando con Venere vagabonda mentre sono ancora fresche,
o trovi modo di rivolgere altrove i moti dell'animo.

Né dei frutti di Venere è privo colui che evita l'amore,
ma piuttosto coglie le gioie che sono senza pena.
Giacché certo agli assennati ne viene un piacere più puro
che ai malati d'amore. Infatti nel momento stesso del possedere
fluttua ed erra incerto l'ardore degli amanti, né sanno
che cosa debbano prima godere con gli occhi e le mani.
Quel che hanno desiderato, lo premono strettamente, e fanno
male al corpo, e spesso infiggono i denti nelle labbra,
e urtano bocca con bocca nei baci, perché non è puro il piacere
e assilli occulti li stimolano a ferire l'oggetto stesso,
quale che sia, da cui sorgono quei germi di furore.
Ma lievemente attenua le pene Venere nell'atto di amore
e il carezzevole piacere, commisto, raffrena i morsi.
Giacché in ciò è la speranza: che dallo stesso corpo
da cui è nato l'ardore, possa anche essere estinta la fiamma.
Ma la natura oppone che ciò avviene tutto al contrario;
e questa è l'unica cosa per cui, quanto più ne possediamo,
tanto più il petto riarde d'una crudele brama.
Difatti cibo e bevanda sono assorbiti dentro le membra;
e poiché possono occupare determinate parti,
perciò la sete e la fame si saziano facilmente.
Ma di una faccia umana e di un bel colorito nulla, di cui
si possa godere, penetra nel corpo, tranne tenui simulacri,
che spesso trascinano la mente con una misera speranza.
Come quando in sogno un assetato cerca di bere e non gli è data
bevanda che nelle membra possa estinguere l'arsura,

sed laticum simulacra petit frustra que laborat
in medioque sitiit torrenti flumine potans, 1100
sic in amore Venus simulacris ludit amantes,
nec satiare queunt spectando corpora coram
nec manibus quicquam teneris abradere membris
possunt errantes incerti corpore toto.
denique cum membris conlatis flore fruuntur 1105
aetatis, iam cum praesagit gaudia corpus
atque in eost Venus ut muliebria conserat arva,
adfigunt avide corpus iunguntque salivas
oris et inspirant pressantes dentibus ora,
ne quiquam, quoniam nihil inde abradere possunt 1110
nec penetrare et abire in corpus corpore toto;
nam facere inter dum velle et certare videntur.
usque adeo cupide in Veneris compagibus haerent,
membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt.
tandem ubi se erupit nervis coniecta cupido, 1115
parva fit ardoris violenti pausa parumper.
inde redit rabies eadem et furor ille revisit,
cum sibi quod cupiant ipsi contingere quaerunt,
nec reperire malum id possunt quae machina vincat.
usque adeo incerti tabescunt volnere caeco. 1120
Adde quod absument viris pereuntque labore,
adde quod alterius sub nutu degitur aetas,
languent officia atque aegrotat fama vacillans.
labitur interea res et Babylonia fiunt
unguenta et pulchra in pedibus Sicyonia rident, 1125
scilicet et grandes viridi cum luce zmaragdi
auro includuntur teriturque thalassina vestis
adsidue et Veneris sudorem exercita potat.
et bene parta patrum fiunt anademata, mitrae,
inter dum in pallam atque Alidensia Ciaque vertunt.
eximia veste et victu convivia, ludi, 1131
pocula crebra, unguenta, coronae, sarta parantur,
ne quiquam, quoniam medio de fonte leporum
surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat,
aut cum conscius ipse animus se forte remordet 1135
desidiose agere aetatem lustrisque perire,
aut quod in ambiguo verbum iaculata reliquit,
quod cupido adfixum cordi vivescit ut ignis,
aut nimium iactare oculos aliumve tueri
quod putat in voltuque videt vestigia risus. 1140
Atque in amore mala haec proprio summeque secundo
inveniuntur; in adverso vero atque inopi sunt,
prendere quae possis oculorum lumine operto.
innumerabilia; ut melius vigilare sit ante,
qua docui ratione, cavereque, ne inliciaris. 1145
nam vitare, plagas in amoris ne iaciamur,
non ita difficile est quam captum retibus ipsis
exire et validos Veneris perrumpere nodos.
et tamen implicitus quoque possis inque peditus
effugere infestum, nisi tute tibi obvius obstes 1150
et praetermittas animi vitia omnia primum
aut quae corporis sunt eius, quam praepetis ac vis.
nam faciunt homines plerumque cupidine caeci
et tribuunt ea quae non sunt his commoda vere.
multimodis igitur pravus turpisque videmus 1155
esse in deliciis summoque in honore vigere.
atque alios alii inrident Veneremque suadent
ut placent, quoniam foedo adflitentur amore,
nec sua respiciunt miseri mala maxima saepe.
nigra melichrus est, inmunda et fetida acosmos, 1160
caesia Palladium, nervosa et lignea dorcas,
parvula, pumilio, chariton mia, tota merum sal,
magna atque inmanis cataplexis plenaque honoris.
balba loqui non quit, traulizi, muta pudens est;

ma a simulacri di acque aspira e invano si travaglia
e in mezzo a un fiume impetuoso bevendo patisce la sete,
così in amore Venere con simulacri illude gli amanti,
né possono saziare i propri corpi contemplando corpi pur vicini,
né sono in grado di strappar via qualcosa dalle tenere membra
con le mani errando incerti su per tutto il corpo.

E quando, infine, congiunte le membra, si godono il fiore
di giovinezza, quando il corpo già presagisce il piacere,
e Venere è sul punto di effondere il seme nel femminile campo,
s'avvinghiano avidamente al corpo e mischiano le salive
bocca a bocca, e ansano, premendo coi denti le labbra;
ma invano; perché non possono strapparne nulla,
né penetrare e perdersi nell'altro corpo con tutto il corpo;
infatti sembra talora che vogliano farlo e che per questo lottino:
tanto ardentemente si tengono avvinti nelle strette di Venere,
finché le membra si sciolgono, sfinite dalla forza del piacere.
Infine, quando il desiderio costretto nei nervi ha trovato sfogo,
segue una piccola pausa dell'ardore violento, per poco.
Quindi torna la stessa rabbia, e di nuovo li invade quel furore,
quando essi stessi non sanno ciò che bramano ottenere,
né sono in grado di trovare che mezzo possa vincere quel male:
in tanta incertezza si consumano per una piaga nascosta.

Aggiungi che sciupano le forze e si struggono nel
travaglio; aggiungi che si trascorre la vita al cenno di un'altra
persona. Son trascurati i doveri, e ne soffre il buon nome e vacilla.
Frattanto il patrimonio si dilagua, e si converte in profumi
babilonesi, e bei sandali di Sicione ai piedi ridono,
s'intende, e grandi smeraldi con la verde luce
sono incastonati nell'oro, e la veste color di mare è consueta
assiduamente, e maltrattata beve il sudore di Venere;
e i beni ben guadagnati dai padri diventano bende, diademi,
talora si cangiano in un mantello femminile e in tessuti di Alinda e
di Ceo. S'apparecchiano conviti con splendide tovaglie e vivande,
giochi, coppe senza risparmio, unguenti, corone, serti,
ma invano, perché di mezzo alla fonte delle delizie
sorge qualcosa di amaro che pur tra i fiori angoscia,
o quando per caso l'animo conscio s'angustia per il rimorso
d'una vita trascorsa nell'inerzia e perduta nelle orge,
o perché lei ha lanciato, lasciandone in dubbio il senso, una parola,
che confitta nel cuore appassionato divampa come fuoco,
o perché gli sembra che troppo lei occhieggi o che il suo sguardo
sia attratto da un altro, e nel suo volto vede le tracce d'un sorriso.

E questi mali si trovano in un amore che dura ed è felice
al più alto grado; ma, se è infelice e senza speranza, ci sono
mali che puoi cogliere anche ad occhi chiusi,
innumerevoli; sì che è meglio stare prima all'erta,
come ho insegnato, e guardarsi dall'essere adescati.
Difatti evitare di cadere nei lacci d'amore
non è così difficile come districarsi, una volta presi
in mezzo alle reti, e forzare i possenti nodi di Venere.
E tuttavia, anche avviluppato e inceppato, potresti sfuggire
all'insidia, se proprio tu non opponessi ostacoli a te stesso,
e non ti celassi in primo luogo tutti i difetti dell'animo
o quelli del corpo di colei che prediligi e desideri.
Questo infatti fanno per lo più gli uomini ciechi di passione,
e attribuiscono alle amate pregi ch'esse non posseggono davvero.
Così vediamo che donne in molti modi deformi e laide
sono adorate e godono del più alto onore.
E poi s'irridono a vicenda, e l'uno invita l'altro a placare
Venere, perché lo affligge un brutto amore, e spesso
non scorge, l'infelice, i propri mali, che sono i più grandi.
La nera "ha il colore del miele", la sudicia e fetida è "disadorna",
se ha occhi verdastri è "l'immagine di Pallade", se è nervosa e secca
è "una gazzella", la piccoletta, la nanerottola, è "una delle Grazie",
è "tutta puro sale", la corpulenta e smisurata è "un prodigio" ed è
"piena di maestà". La balbuziente, che non può parlare, "cinguetta",

at flagrans, odiosa, loquacula Lampadium fit.	1165	la muta è "pudica"; e l'irruente, odiosa, linguacciuta è "tutta fuoco".
ischnon eromenion tum fit, cum vivere non quit		Diventa "un sottile amorino", quando non può vivere
prae macie; rhadine verost iam mortua tussi.		per la consunzione; se poi è già morta di tosse, è "delicata".
at nimia et mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho,		E la turgida e popputa è "Cerere stessa dopo aver partorito Bacco",
simula Silena ac Saturast, labeosa philema.		la camusa è "una Silena" e "una Satira", la labbrona è "un bacio".
cetera de genere hoc longum est si dicere coner.	1170	Troppo mi dilungherei, se tentassi di dire tutte le altre cose
sed tamen esto iam quantovis oris honore,		di questa specie. Ma tuttavia sia pure bella in volto quanto vuoi,
cui Veneris membris vis omnibus exoriatur;		sia tale che da tutte le sue membra promani il potere di Venere:
nempe aliae quoque sunt; nempe hac sine viximus ante;		certo ce ne sono anche altre; certo senza di lei siamo vissuti per
nempe eadem facit et scimus facere omnia turpi		l'addietro, certo ella fa in tutto, e noi sappiamo che le fa, le stesse
et miseram taetris se suffit odoribus ipsa,	1175	cose che fa la brutta, e da sé stessa, misera, s'appaesta di odori
quam famulae longe fugitant furtimque cachinnant.		nauseanti: fuggono allora le ancelle lontano da lei e furtivamente
at lacrimans exclusus amator limina saepe		sghignazzano.
floribus et sertis operit postisque superbos		Ma l'amante escluso, piangendo, spesso copre di fiori
unguit amaracino et foribus miser oscula figit;		e ghirlande la soglia, e profuma di maggiorana la porta superba, e
quem si iam ammissum venientem offenderit aura	1180	addolorato imprime baci sui battenti; ma se, infine ricevuto, lo
una modo, causas abeundi quaerat honestas		investisse nell'entrare una sola di quelle esalazioni, cercherebbe
et meditata diu cadat alte sumpta querella		speciosi pretesti per andar via, e cadrebbe il lamento, a lungo
stultitiaque ibi se damnet, tribuisse quod illi		meditato, ripreso da lontano, e in quel punto egli si taccerebbe di
plus videat quam mortali concedere par est.		stoltezza, perché vedrebbe d'avere attribuito a lei più di quanto
nec Veneres nostras hoc fallit; quo magis ipsae	1185	conviene concedere a una mortale.
omnia summo opere hos vitae poscaenia celant,		Né questo sfugge alle nostre Veneri; perciò tanto più esse celano
quos retinere volunt adstrictosque esse in amore,		con la massima cura tutti i retroscena della vita a costoro
ne ququam, quoniam tu animo tamen omnia possis		che vogliono tenere saldamente avvinti nei vincoli d'amore,
protrahere in lucem atque omnis inquirere risus		ma invano, perché tu con la mente hai pur sempre il potere di trarli
et, si bello animost et non odiosa, vicissim	1190	tutti alla luce e di scrutare tutto ciò che può essere oggetto di riso,
praetermittere <et> humanis concedere rebus.		e, se lei è di animo amabile e non è odiosa, a tua volta
Nec mulier semper ficto suspirat amore,		puoi lasciar correre <e> perdonare all'umana limitatezza.
quae complexa viri corpus cum corpore iungit		Né sempre di finto amore sospira la donna, quando,
et tenet adsuctis umectans oscula labris;		abbracciando il corpo dell'amante, col proprio corpo lo congiunge,
nam facit ex animo saepe et communia quaerens	1195	e lo tiene avvinto, dando umidi baci sulle labbra che sugge. Difatti
gaudia sollicitat spatium decurrere amoris.		spesso lo fa di cuore e, cercando condivisi piaceri, lo stimola a
nec ratione alia volucres armenta feraeque		raggiungere la meta dell'amore. Non potrebbero altrimenti gli
et pecudes et equae maribus subsidere possent,		uccelli, gli armenti e le fiere e le greggi e le cavalle sottomettersi ai
si non, ipsa quod illarum subat, ardet abundans		maschi, se la stessa natura loro non entrasse in calore, non ardesse
natura et Venerem salientum laeta retractat.	1200	traboccando e non rispondesse con gioia alla Venere di quelli che
nonne vides etiam quos mutua saepe voluptas		dan loro l'assalto.
vinxit, ut in vinclis communibus excrucientur,		Non vedi anche come quelli che vicendevole piacere ha avvinti,
in triviis cum saepe canes discedere aventis		spesso nei legami comuni si travagliano? Quanto spesso nei trivi i
divorsi cupide summis ex viribus tendunt,		cani, anelando a distaccarsi, bramosamente tirano con tutte le forze
quom interea validis Veneris compagibus haerent?	1205	in direzioni opposte, mentre restano tuttavia stretti nei possenti
quod facerent numquam, nisi mutua gaudia nossent,		lacci di Venere! Questo non lo farebbero mai, se non conoscessero
quae iacere in fraudem possent vinctosque tenere.		mutui piaceri, capaci di farli cadere nella rete e tenerli avvinti.
quare etiam atque etiam, ut dico, est communis voluptas.		Dunque, ancora e ancora, come dico, il piacere è condiviso.
Et commiscendo quom semine forte virilem		E quando, nel frammischiarsi dei semi, per avventura
femina vim vicit subita vi corripuitque,	1210	la femmina con subita forza ha vinto e travolto la forza del
tum similes matrum materno semine fiunt,		maschio, allora i figli nascono simili alle madri per effetto del seme
ut patribus patrio. sed quos utriusque figurae		materno, come ai padri per il seme paterno. Ma quelli che vedi
esse vides, iuxtim miscentes vulta parentum,		partecipi d'ambedue gli aspetti, mescolare, l'uno accosto all'altro,
corpore de patrio et materno sanguine crescunt,		i volti dei genitori, crescono dal corpo paterno e dal sangue
semina cum Veneris stimulis excita per artus	1215	materno, quando il concorde, mutuo ardore ha spinto a incontrarsi
obvia confligit conspirans mutuus ardor,		i semi eccitati per le membra dagli stimoli di Venere, e nessuno dei
et neque utrum superavit eorum nec superatumst.		due ha vinto, né è stato vinto.
fit quoque ut inter dum similes existere avorum		Avviene anche talora che possano nascere figli simili agli avi,
possint et referant proavorum saepe figuras,		e spesso riproducano gli aspetti dei bisavoli,
propterea quia multa modis primordia multis	1220	perché spesso i genitori celano nel proprio corpo
mixta suo celant in corpore saepe parentis,		molti principi mescolati in molti modi, che, provenienti
quae patribus patres tradunt a stirpe profecta.		dal ceppo originario, son trasmessi da padri ad altri padri:
inde Venus varia producit sorte figuras,		così Venere con varia sorte forma gli aspetti
maiorumque refert voltus vocesque comasque;		e riproduce i volti e le voci e i capelli degli antenati;
quandoquidem nihilo magis haec <de> semine certo	1225	giacché questi sono creati in noi <da> semi determinati,
fiunt quam facies et corpora membraque nobis.		non meno che le facce e i corpi e le membra.
et muliebre oritur patrio de semine saeculum		E figlie femmine sorgono dal seme paterno
maternoque mares existunt corpore creti;		e maschi nascono plasmati dal corpo materno.
semper enim partus duplici de semine constat,		Sempre infatti il parto è prodotto da duplice seme,
atque utri similest magis id quod cumque creatur,	1230	e quello dei due cui più rassomiglia chi vien procreato,

eius habet plus parte aequa; quod cernere possis,
sive virum suboles sivist muliebris origo.

Nec divina satum genitalem numina cuiquam
absterrent, pater a gnatis ne dulcibus umquam
appelletur et ut sterili Venere exigat aevom;
quod plerumque putant et multo sanguine maesti
conspargunt aras adolentque altaria donis,
ut gravidas reddant uxores semine largo;
ne quiquam divom numen sortisque fatigant;
nam steriles nimium crasso sunt semine partim,
et liquido praeter iustum tenuique vicissim.
tenve locis quia non potis est adfigere adhaesum,
liquitur extemplo et revocatum cedit abortu.
crassius hinc porro quoniam concretius aequo
mittitur, aut non tam prolixo provolat ictu
aut penetrare locos aequae nequit aut penetratum
aegre admiscetur muliebri semine semen.
nam multum harmoniae Veneris differre videntur.
atque alias alii complent magis ex aliisque
succipiunt aliae pondus magis inque gravescunt.
et multae steriles Hymenaeis ante fuerunt
pluribus et nactae post sunt tamen unde puellios
suscipere et partu possent ditescere dulci.
et quibus ante domi fecundae saepe nequissent
uxoris parere, inventast illis quoque compar
natura, ut possent gnatis munire senectam.
usque adeo magni refert, ut semina possint
seminibus commiseri genitaliter apta
crassaque conveniant liquidis et liquida crassis.
atque in eo refert quo victu vita colatur;
namque aliis rebus concresecunt semina membris
atque aliis extendantur tabentque vicissim.
et quibus ipsa modis tractetur blanda voluptas.
id quoque permagni refert; nam more ferarum
quadrupedumque magis ritu plerumque putantur
concupere uxores, quia sic loca sumere possunt
pectoribus positis sublatis semina lumbis.
nec molles opus sunt motus uxoribus hilum.
nam mulier prohibet se concipere atque repugnat,
clunibus ipsa viri Venerem si laeta retractat
atque exossato ciet omni pectore fluctus;
eicit enim sulcum recta regione viaque
vomere atque locis avertit seminis ictum.
idque sua causa consueverunt scorta moveri,
ne complerentur crebro gravidaeque iacerent,
et simul ipsa viris Venus ut concinnior esset;
coniugibus quod nil nostris opus esse videtur.

Nec divinitus inter dum Venerisque sagittis
deteriore fit ut forma muliercula ametur;
nam facit ipsa suis inter dum femina factis
morigerisque modis et munde corpore culto,
ut facile insuescat secum <te> degere vitam.
quod super est, consuetudo concinnat amorem;
nam leviter quamvis quod crebro tunditur ictu,
vincitur in longo spatio tamen atque labascit.
nonne vides etiam guttas in saxa cadentis
umoris longo in spatio pertundere saxa?

è lui che ha dato la parte più grande; come puoi scorgere,
si tratti di maschio rampollo o di prole femminile.

Né divine potenze rifiutano ad alcuno il seme generativo,
perché non venga mai chiamato padre dai dolci nati
e in sterili amori trascorra l'esistenza;
come credono sovente gli uomini, e mesti cospargono
di molto sangue le are e bruciano offerte sugli altari,
perché possano far gravide le mogli con seme abbondante.
Invano affaticano la potenza degli dèi e gli oracoli.
Giacché sterili sono, parte a causa di seme troppo denso,
altri, per contro, perché il seme è liquido e sottile più del giusto.
Il sottile, poiché non può fissare la sua aderenza alle parti,
subito scorre via e torna indietro senza fecondare.
Il seme troppo denso, inoltre, poiché per quegli altri nell'emissione
è più tenace del giusto, o non vola via con lancio abbastanza lungo,
o non può penetrare egualmente nelle parti, o, sebbene sia
penetrato, si mescola a stento col seme femminile.
Si vede infatti che molto differiscono le armonie di Venere.
E alcuni più fan peggiori alcune donne, e da altri
meglio altre accolgono il peso e diventano gravide.
E molte furono per l'addietro sterili in più matrimoni
e tuttavia infine trovarono l'uomo dal quale poterono
generare fanciullini e arricchirsi di dolce parto.
E spesso anche per uomini, cui prima nella casa le mogli,
benché feconde, non avevano potuto partorire, fu trovata
la natura confacente, sì che poterono munire di figli la vecchiaia.
A tal punto importa che i semi possano
mischiarsi coi semi in un modo atto alla generazione,
e che i densi s'uniscano coi liquidi e i liquidi coi densi.
E in ciò ha importanza con quale vitto la vita si sostenti;
e infatti per alcuni cibi s'ingrossano i semi nelle membra
e per altri, al contrario, si assottigliano e si struggono.
E in quali modi si goda lo stesso carezzevole piacere,
è anche cosa di grande importanza; difatti si crede per lo più
che nella positura delle fiere e alla maniera dei quadrupedi le mogli
concepiscano meglio, perché così i semi possono raggiungere
le proprie sedi, quando il petto è chinato e son sollevati i fianchi.
Né le mogli han punto bisogno di movimenti voluttuosi.
Giacché la donna s'impedisce di concepire e contrasta,
se godendo risponde essa stessa con le anche alla Venere dell'uomo
e con tutto il petto che s'agita flessuoso provoca il fiotto:
infatti scosta il solco dal retto percorso del vomere
e svia dalle sue sedi il getto del seme.
E così son solite agitarsi le meretrici per propria utilità,
per non essere fatte peggiori sovente e giacer gravide,
e insieme perché l'atto stesso di Venere sia agli uomini più grato;
ma di ciò è evidente che le nostre spose non hanno bisogno.

E non avviene per volere divino talora o per le saette di
Venere che una donnetta di aspetto meno leggiadro sia amata.
Giacché la donna stessa talvolta, col suo fare
e coi modi compiacenti e col corpo finemente curato,
riesce ad avvezzar<ti> facilmente a trascorrere la vita con lei.
Del resto, la consuetudine fa nascere l'amore;
giacché ciò che è percosso da colpi continui, benché lievi,
tuttavia in lungo tratto di tempo è vinto e cede.
Non vedi come anche le gocce d'acqua che cadono sopra
le rocce, in lungo tratto di tempo bucano le rocce?